



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

22. De delectu Verborum ad amplificandum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

naturas, illinc exquisitissimarum artium de-
licias, & cætera id genus augeti necesse est.

Sed qui proprij sunt singulorum loci, com-
modius opinor in epidictico genere disere-
mus: Nunc, ut id obiter præcerpamus, res vel
corporeæ sunt, vel ab omni materiæ concre-
tione secretæ, quæ sunt corporis expertes, vt
Deus, Angeli, mentes, virtutes, scientiæ, pri-
mum ornantur loco negationis, quædam e-
nim adeò sublimia sunt, vt facilius sit dicere,
quid non sint, quam eorum naturam expli-
care, nec immeritò sapientes illi Ægyptij a-
pud Damascium, pro omni laude diuina ter-
ruot *ἀγνωστον*, id est, incognitâ caligine incla-
mant: Deum scilicet adumbrantes, cuius cog-
nitio, cum tantis difficultatibus septa sit, me-
lius scitur ignorando, quam temere aliquid
asserendo.

II. Loco *ἐπισημῶν* hoc est, eminentia, cum
ex varijs rebus, quasi flosculos perfectionis
decerpimus, quos in ea re, quam commendâ-
dam suscepimus, longe excitatiùs vigere
ostendimus.

Tertius locus est ab effectis, quo res spiri-
tales *πνευματικῶν* est, id est, quasi corpore
vestiuntur, vt præter suam naturam mortali-
um sensibus subijciuntur.

At verò vbi res corporeæ sunt, & ex varijs
constat partibus, sepius, vt in descriptio-
nibus fieri solet, per ipsarummet partium enu-
cleationem, & adiuncta, frequentantur, quâ-
quam nulla res est, quæ per omnes locos com-
munes attolli non possit. Itaque in toto gene-
re valent, quod docet Marcus Tullius, defini-
tiones conglobatæ, consequentium frequen-
tatio, & contrariorum, & dissimilium, & in-
ter se pugnantium rerum cõstitutio, & causæ,
& ea, quæ sunt de causis orta, maximeque
similitudines, & exempla.

Figuræ in rebus illustrandis adhibentur
leniores, & magis comperæ, vt hypotyposes,
distributiones antonomasæ: quædam excel-
lentes. In contentionibus verò aduersus cri-
mina vsurpantur vehementes increpa-
tiones, ironiæ amarulentæ, epi-
phonemata, execrationes,
apostropha.

(*)

De delectu verborum ad ampli-
ficandum.

CAPVT XXII.

Verba quoque, quod præcipit M. Tullius,
ponenda sunt illustria, & tamen inrita,
vt *O acerbam mihi (iudices) temporis illius me-
moriã, & loci, cum hic in me incidit, comple-*
xus est, confersit que lachrymas. Grauiã, vt, *Pro Plancod.*
Pro Milonæ. *Præ-*
miorum amplissimum, gloria, qua breuitatem vi-
te p̄sueritatis memoria consolatur. Plena, vt, *Da*
me semper P. R. semper omnes gentes loquentur,
nulla vnquam obmutasceat vetustas. Sonantia,
Polluerat supra sanctissimas religiones, senatus gra-
uissima decreta perfrugerat.

Addit idem auctor, iuncta, facta, cogno-
minata, non vulgata, superlata, imprimisque
translata. iuncta sunt composita, quæ grauius
sunt anhelata, vt, *constructare, portimescere: Fa-*
cta, vt, Vllanno Appietatem, aut Lentilitatem
valere apud me plus quam ornamenta virtutis ex-
istimas: Sed hoc parcius imitandum. Cogno-
minata, vt, *expellesur, exterminabitur, auctetur.*
Non vulgata, vt, *Quas illo præcepto amantia casis*
prostratisque sanctissimis lucis, substructionum in-
sanis molibus oppresserat. Superlata, *saxa, & soliti-*
dines voce respondent. Translata, vt, *Omnes in me*
meo quo rediunt ex illo fonte dolores.

Hæc omnino maiestatem attollunt oratio-
nis, vbi præcipue figuris dictionum illigan-
tur, quales sunt, isocola, anadiploes, asynthe-
ta, polysynthesa, & cætera huiusmodi, quibus
ad rei cumulum circumductæ quasi toruor ver-
borum circumscriptiones, quam aptissimè iun-
guntur.

De mixtura locorum, & figurarum.

CAPVT XXIII.

Quod verò ad mixturam attinet locorum,
& figurarum, sunt, qui ista putidius in qui-
rant, & putent non nihil ab antiquis, in hac
temperie religiosius obseruatum. Mihi ve-
rò videntur veteres Oratores, ad hanc pri-
mum curam animam intendisse, vt quam
illustres locos, & figuras deligerent. Deinde
eandem pro rerum opportunitate, vt magi-
stra ratio, & prudentia suaderet, variè com-
miscerent, in qua mixtura tanta est diuersitas,
vt difficile sit certis iam complecti legibus.

Nata